

cap. 4. art. 1. reg. 31. de sic consulentibus, feque ita regulantibus dicens, quod non veritatem, ac legem Dei exquirunt, sed suæ sompna cupiditatis; quod coacervant sibi Magistros prurientes auribus, & a veritate auditum avertunt &c. Neque dicas, hæc quidem verificari de iis, qui data opera consulunt imperitos; aut plures aduent, ut laxum tandem inveniant eorum affectioni indulgentem: nequam vero de iis, qui solos consulunt doctrina præstantes ex puro animo agnoscendi, ac pro rei veritate ipsis licet aliquid facere, vel omittere, prout supponitur fieri a Titio: hi namque, si intra tempus discretum consulunt plures ad hunc finem, utiuntur iure suo, ac medio licito; & si inveniunt ad placitum respondentem, qui assertum suum validis rationibus probet, ac folide aliorum momenta refellat, tute utique possunt juxta hujus responsum se præfice regulare, eidem adhaerendo, tanquam opinioni folide probabili, ut cum utroque Sanchez, Bonac, Palao, & aliis docet Jo: Angelus Bossius de Conf. Opin. par. 1. tit. 1. §. 22. num. 220. ac Viva in præfatam propositionem damnatam num. 7. Ne dicas, inquam; in primis enim (ut notat doctissimus Christianus Lupus cum aliis, iplaque experientia se compertum) admodum raro contingit, quod inveniatur iste Vir, afferens rationem firmam, ab aliis Doctoribus vel non solutam, vel non animadversam; quique aliorum rationes adeo facile refellat, si, & hi sunt in scientia talis materiæ valde versati, ac utriusque partes sedulo librarent. Propterea cum merum accidens sit, quod ille Vir adeo præstans quandoque inveniatur, tutum profecto in conscientia nequit per se reddere Titium, sic consulentem, sequere ita præfice regularem ex usu, & proposito, ut exponitur in Galu: usus namque frequentiam importat, seu connotat. Deinde etiam traumfisso, quod Titius ita se regulans ex usu, unum hunc singularem Virum inveniat; non per hoc fit statim per se tutus, nec ideo tuto adhaeret ipsius responso, quia inter variis DD. a se confutos hunc unum invenierat ad suum placitum ipsi respondentem; nam, ut supra dictum est, simplex auctoritas unius Doctoris non efficit assertionem folide probabilem, sed valor rationis in probacionem adductæ, ille est, qui veram, & solidam opinionis probabilitatem constituit, ut tradit Alphonsum de Ligorio de Conf. dub. dub. 2. §. 12. num. 69. circa fin. quicque proinde validum exhibet fundamentum eidem tuto adhaerendi. Unde Titius in calu non ideo est tutus, quia hujuscem unius sequitur auctoritatem, sed quia sequitur firmam, & validam rationem, ut recte ait Giribaldus de Conf. dub. 6. num. 41. cum Maderino, & aliis.

CAS. II. Vovit Segius donare Viduæ per decem annos certam frumenti, & vini quantitatem, ut hac commodius alat familiam suam. At post biennium nunc mortua est Vidua. Quid an remaneat Sergio dicta obligatio in reliquo anno?

Repf. resolutionem hujuscem Casus proprie pendere ab intentione, quam habuit Sergius, cum Votum emisit. Vel enim finis, quem sibi eo tunc præfixit, fuit commodior alimentatio familie, prout satis indicare videntur ea verba Casus, ut hac commodius alat familiam suam; & tunc dico, Sergio remanere dictam obligationem in reliquo anno: quod enim voverit donare Viduæ frumenti & vini quantitatem, solummodo probat, perlonam Viduæ aliquo modo fuisse a Sergio respectam, non tamen ut caulam finalē, fed ut medium ad finalē, caulam deserviens; aut, si vis, ut caulam mere impulsivam, cum finis, quem in hypothesi sibi præfixit Sergius in yovendo, fuerit commodior familie alimentatio. Et sic, quia